

UT scias, lector, quid in hac no-
 va expertissimi Cordi nostri su-
 pra priores editiones præstitū sit,
 ante omnia Indicem adire te velim.
 Obiter heic illic eū lustrans hanc cōplu-
 ribus titulis præfixam notam inuenies.
 qua significat, ista recepta, (uti appel-
 lant,) que in suorum numerorum pa-
 gellis deprehendes, nunc modo editioni
 addita, neque antehac typis evulgata
 fuisse. Descriptiones eas, ceu hodie in
 officinis usitatissimas, à præstantissimis
 pharmacopœis, doctorum non neglecto
 consilio, collegi, atque suis singulas inseri
 locis curavi. Hoc unū est. Deinde calci
 prioris editionis nunc in hac accedunt
 sequentes tractatus. *I.* Venenorum,
 eorundemque antidotorū seu ale-
 xipharmacorum, è regione opposi-
 torū, tabula alphabetica. *II.* Fran-
 cisci Ioëlis de generali methodo
 medendi, & remediis usitatoribus
 liber. *Hiscæ vale.*